

Ex angulis deinde ADE. AED. EAD. & differentia Stationum DE. ante hac nota, metire distantiam, AE. per eandem XXIV. Igitur in triangulo BAE. ex notis lateribus BE. & AE. vnà cum angulo comprehenso BEA, qui in proposito est Differentia duorum angulorum AED. & ED. constabit etiam latus BA. siue longitudo aspectabilis propositi. Quæ erat indaganda.

Casus interdum permutantur propter laterum, & Angulorum subductionem, aut additionem, sed hæc vsu potiùs & experienciâ, quàm præceptorum multiplicata varietate docentur.

PROP. XXXVI. PROBLEMA VI.

*Dati aspectabilis Vmbram, & ex Vmbra altitudinem cognoscere.*

Altitudinem Solis immitte per vtrumque pinnacidium. Si perpendiculum, ex medio Instrumenti suspensum attingat Part. 12. Vmbræ Rectæ, aut Versæ Altitudo Obelisci, Vmbræ longitudini erit æqualis.

H

Si